

Hispalen Decimarum.

Reu. Pater.

Leo Undecimus ad instantiam Ecclesiarum Legionis, & Castellae moderatus est

§. 1.
Moderatio Leonis
cum duabus limitationibus.

amplissima Priuilegia exemptionis quam habebat Societas Iesu à Summis Pontificibus Paulo Tertio, Pio Quarto, Gregorio XIII. cum duabus tamen limitationibus, seu præseruacioniis; prima de his quæ de iure non soluuntur; secunda de his, quæ ex consuetudine solui non confueuerunt.

Prima limitatio, & præseruativa fuit canonizata ad fauorem Societatis in *decisione Chartaginensis*, que est 64, inter recentiores

Primæ limitatio de iure.

par. 3. In qua firmatum fuit per Breue Leonis non posse cogi Patres ad soluendam decimam de Noualibus, quia a tali decima de iure omnes Regulares sunt exempti c. ex parte il. 1. de *Decimis*; Vndē cum Patres hanc exemptionem habeant non vigore priuilegiorum Pauli, Pij, & Gregorij prefatorum, sed vigore iuris communis cum ceteris Regularibus, ideo, quamquam moderata sint prefata priuilegia propria Societatis, remanerunt tamen exempti ipsi Patres vigore prefati iuris communis.

Secunda limitatio est de his, quæ ex consuetudine solui non confueuerunt, quæ in dictis Regnis ad fauorem Mendicantium immemorabilis perseverat, & PP. prætendunt gaudere, & fuit tacta in *decis. R. P. D. Coccini* super possessorio ad fauorem eorumdem Patrum in hac causa extensa sub die 29. Novembris 1635. & exinde ab hac parte articulata. Vndē pro illius verificatione datum fuit Dubium, An remissoria sit concedenda, quod in hac quinta propositione affirmatiè speramus resoluendum.

§. 3.
Seconda limitatio de consuetudine.

Cum enim abundantè super relevantia articulorum in quatuor anteactis positionibus sit disputatum ad leuandum laborem breuissimè ad duo puncta præcipua omnia perstringimus, nempe Primo ad probandum talem consuetudinem verè in Breue Leonis fuisse ad fauorem Patrum præseruatam. Secundo verò talem præseruatiuam, ac consuetudinem ipsis Patribus uti verè, & non sicut Mendicantibus suffragari.

Dubium.
§. 4.
Restitutio postio
præteritaria ad duo
puncta.

Et sanè primum ex contextu, & toto tenore ipsarum litterarum Leonis, quæ dantur pro *Sum. nu. 1.* luce meridiana clarius apparet. Primo enim ex earumdem litterarum proemio colligitur, nam ex Proemio desumitur causa finalis totius disposi-

§. 5.
Proemium designa
causam finaliem di
positionis.

tionis l. fin. ubi glos. & D.D. ff. de hered. insit. l. 1. de origine
iuris.

S. 6.

Controvergia ante
listem Leonis inter
partes non erat su-
per conlectudine.

In proemio autem ponitur quod litteræ illæ emanarunt ut dif-
ferentiaz, & controuerfia inter Ecclesiæ, & Patres vigentes
medio tollerentur, sed nulla differentia, aut controuerfia vige-
bat tunc inter Ecclesiæ, & Patres super consuetudine mendicantum non soluendi Decimas, at solum vigebant differen-
tiaz, & controuerfia super priuilegijs particularibus Societa-
tis, quæ dicebantur ab Ecclesijs esse nimium perniciosa, &
ideò debere ad formatu cap. suggestum, moderari, ergo disposi-
tio dicti Brevis, & litterarum Leonis non super consuetudine Mendicantium, sed solum super præfatis priuilegijs Societa-
tis cadebat.

S. 7.

Priuilegio pontificis
saluator absque eo
quod tollat confuc-
tudinem.

Nec officit ipsa intentio Pontificis de tollendo omnes lites, quasi
Leo nihil fecerit cum hac Bulla, auferendo solum priuilegia
propria Societatis, quia nihil videtur dedisse Ecclesijs, si po-
ste à Patres se iuuent priuilegijs aliorum mendicantium, qui
decimas non soluunt, quia respondetur, quod priuilegia Pa-
trum erant ampliora, quam priuilegia aliorum mendicantium.
Patres enim non solum erant exempti quoad personas pro-
prias, vt cateci mendicantes, sed etiam quoad personas arren-
datorum, & non solum quoad bona propria, vt pariter alij
mendicantes, sed etiam quoad bona in arrendamentum data,
vel accepta, & hæc amplitudo dedit causam litibus, & a Leo-
ne fuit sublata, & sic absque eo quod derogetur priuilegijs
communibus mendicantium, & consuetudini, benè consulitur
Ecclesijs, & saluator intentio Pontificis.

S. 8.

Narrativa Leonis
edit super priuile-
gij proprijs Societ-
tis non super Co-
suetudine.

Secundo hoc idem colligitur ex narrativa eiusdem Pontificis,
in qua ponuntur per extensum tenores litterarum Pauli Ter-
tii, Pij Quarti, & Gregorij XIII. & statim subiungitur, quod
occasione prefatorum priuilegiorum Religiosi dictæ Societatis
prætendebant se esse exemptos, ac eorum bona quacumque à
præstatione decimarum, è contra verò Ecclesiæ ipsos Patres
sali exemptione abuti dicebant.

S. 9.

Controuerfia inter
Ecclesiæ, & Societ-
tatem no erant su-
per consuetudine.

Ex quo colligitur quod differentiaz, & controuerfia vigentes
inter Ecclesiæ, & Patres erant occasione prefatorum priuile-
giorum Pauli, Pij, & Gregorij, & non occasione consuetudi-
nis omnium mendicantium, & Patres prætendebant non bo-
na solum propria, sed etiam in arrendamentum data, & accep-
ta, vt patet ex illo verbo quacumque, & Ecclesiæ ducebant
in controuerfia tam exemptionem. Vnde istæ litteræ empa-
narunt

instante pro moderatione praesorum priuilegiorum Pauli, Pij, & Gregorij non pro derogatione consuetudinis mendicantium, & eadom super bonis arrendamentum datis, vel acceptis, ut expressè legunt in dicto Breve; ibi non quoniam papa ut actus ab aliis condererint, sibi concessit, autem factum non super priuilegium ad formam coramdem litterarum, illorumque auctoritate Tertio manifestius hoc probatur ex pluribus relatis sequentibus, in quibus semper Leo se referat ad praeferata priuilegia particularia Societatis & ad exemptionem occasiois praefatorum priuilegiorum praesorum. Vide subiungit, quod dum super his priuilegijs particularibus, de quibus agitur, & quorum tenores ponuntur, non super consuetudine mendicantium, sed quia nihil dictum fuit, & idem est causis huiusmodi ad aliquos actus decorum fuisse nomine in causa, seu causis priuilegiorum particularium, & exemptione eorum vigore praetensa, quia non quia ad aliquem actum decorum fuit occasione consuetudinis universalis omnium mendicantium, sed solum occasione priuilegiorum praesorum, & arrendamentorum.

Et subiungit: quod si fuerint facti varijs tractatus pro incunda concordia, & maxime in Clivitate Vallisoletana, anno 1602, sed hoc ex concordia & habite tractus respiciebant tota priuilegia Patrum, non autem consuetudinem mendicantium, ergo ad limites praetensa concordia, & dictorum tractatum emanserunt licet a Leonis. Hoc si in aliis tractatus esset datum.

Erviter nos declarat, quod cum non fuerit conclusa aliqua concordia negotiorum istud ad Romanum Pontificem fuit remissum; & quale est negotium, nisi illud, de quo loquitur, hoc est de priuilegijs, & de exemptione occasione priuilegiorum, non autem de consuetudine mendicantium, de qua nec illum. Verbum factum fuit, & per consequens nihil ad Romanum Pontificem fuit remissum.

Ad hanc dicit Leo, quod remissionem huiusmodi acceptauit, & quae est remissio, quam Pontifex acceptauit, nisi illa quæla parvitas remissa fuit; Fuit autem remissum negotium super exemptione vigore priuilegiorum Pauli, Pij, & Gregorij, & non super consuetudine mendicantium, ergo Papa acceptavit hoc negotium, & super illò dispositus.

Tandem concludit velle terminare negotium, & controverbias olim in Iusu Clementis Octavi discussum, & examinatum, sed

S. 10.

Relatis in litteris
Leonis non possunt
demonstrare consue-
tudinem.

S. 11.

Tractatus pro con-
cordia ante litteras
Leonis non erant su-
per consuetudine.

S. 12.

Remissio ad summum
Pontificem non iuxta
super consuetudine.

S. 23.

Papa non acceptauit
definendam con-
suetudinem.

S. 14.

Clementis & consue-
tudinem examinat
non mandauit.

quod negotium discussit Leo, & examinavit iussu Clementis. Octauij non sanè negotium consuetudinis mendicantium, sed exemptionis vigore Priuilegiorum Pauli, Pij, & Gregorij. Vnde aptè dicit *negotium huiusmodi*, ut semper per hæc relativa indicet, & demonstrat ad oculum priuilegia iam emulata, & expissa, ex quibus omib[us] concluditur, quod iuratio Brevis Leonis versatur circa præfata priuilegia propria Societatis, & quod nunquam cogitauit de Consuetudine Mendicantium. Vnde licet proprijs eorum priuilegijs derogue, & ipsa moderari voluerit, non tamen voluit derogare, Consuetudini aliorum Mendicantium, & proprieà ipsa Consuetudo in distis litteris yepit præteruata.

S. 15.

Dispositio[n]a moderatur Priuilegia Societatis non confuetudinem.

Hoc idem patet ex ipa dispositione, quia in ea primo dat pro expressis omnia priuilegia Societatis in terminis tamen s[ecundu]m dictæ exemptionis. Vnde ait singularum Pauli Pij & Gregorij, ac aliorum, quorumcumq. in favorem predicta Societatis super exemptione huiusmodi, non enim debent aduersarij ex hac vniuersalitate quarumcumque litterarum arguere, quod omnia priuilegia etiam mendicantibus concessa sint ablata, quia restringitur ad favorem predicta Societatis, nec etiam omnia priuilegia propria Societatis, sed illa dumtaxat quæ sunt super exemptione huiusmodi hoc est exemptione concernente priuilegia Pauli, Pij, & Gregorij, de nulla enim alia exemptione, fuit actum, vt supra ponderavimus, quod si non tolluntur omnia priuilegia propria Societatis, sed solum illa, quæ concernunt exemptionem prætensam Pauli, Pij, & Gregorij: minus præiudicatur priuilegijs cum cæreris mendicantibus communib[us], & minus præiudicatur Consuetudini immemorabili aliorum mendicantium de qua nunquam factum fuit ullū verbum.

S. 16.

Avocatio litigii, &
Caustum factum à
Leone non tangit
confuetudinem.

Deinde auocat & extinguit omnes, & quæunque lites & causas premisserum occasione ortas &c. supra autem vidimus quod nulla vnquam lis fuit introducta inter Ecclesiastis, & Patres occasione Consuetudinis Immemorabilis mendicantium, sed solum occasione priuilegiorum supradictorum. Pauli, Pij, & Gregorij, ergo Papa non disposuit quicquam de hac Consuetudine, ac per consequens remaneat in hisce litteris præterua-

S. 17.

Clausulae regales
Leonis restringuntur
ad priuilegia & non
tangunt Confuetu-
dissem.

Exinde reuocat, & ad terminos harum litterarum reducit omnes & quascunq. sententias executoriales relaxatas & forsitan executas & alias quascunq. prouisiones quomodolibet, & quandocumq. ad illo-

illorum favorem expedita ex qua quidem reuocatione patet, quod licet sit generalissima, & clausulas effrenatas quorumcumque quomodocunque, & quandocunq. nihilominus necessario intelligitur in terminis praefatorum, priuilegiorum Societatis, quia haec reuocatio est eiusdem latitudinis, ac litium auocatio, sed auocata sunt solum lites concernentes ista priuilegia particularia, ergo etiam reuocantur solum sententiae, & executiones concernentes easdem lites & controuerias, ac earum occasione late relaxata, & forte exequuntur.

Post hoc imponit perpetuum silentium super pramissos omnibus, & singulis, utique super his de quibus loquutus fuerat.

Ad haec referuat omnes, & quascunque Concordias, seu transactio[n]es, ac in suo robore remanere vult; ex quo fortissimum sumitum argumentum, quia si transactio[n]es qualemque particulares praeseruat, multo magis consuetudinem Immemorabilem praeservare intelligitur, que non solum vim habet transactionis, sed etiam melioris tituli de mundo, ut post Felin, & alios docet Conav. lib. 3. war. resol. cap. 1. par. 4. relat. à Naldo in Summ. vi. consuetudo num. 23. & ipsa non venit in communione rogatione, sed de illa debet fieri specialis, & indiuidea mentione, ut passim patet in derogationibus, ac refutationibus factis in Concilio Tridentino.

Nec obstat quod dicitur ex aduerso Consuetudinem Immemorabilem non suffragari Societati, quia constat de illius initio, quia Societas haber hanc consuetudinem, ut mendicans; consuetudo enim Mendicantium suffragatur omnibus mendicantibus etiam de nouo aduenientibus sicut consuetudo loci suffragatur Monasterijs nouiter adificatis, ut multis probarunt DD. pro hac parte scribentes in tertia positione & mirum est, quod DD. exaduerso scribentes in quarta eorum responsione dicant, quod nostri nunquam huic arguento responderint cum latissime responsum fuerit in tertia, & quarta nostra propositione, ac responsione.

His prehabitis obligat Societatem, & eius Domus, ac Collegia in Regnis Legionis, & Castellæ existentia soluere Ecclesijs eorumdem Regnorum vigesimam loco decimam de omnibus bonis quæ tunc quoquis titulo possident non solum de his, quæ locare, & arrendare solent, sed etiam de his quæ per proprios Colonos excolunt, ac etiam obligat eamdem vigesimam soluere de omnibus quæ acquirent titulo donationis, Codicilli, vel testamenti, aut alijs fundationibus, & largitionibus de-

S. 18.
Silentium non sicut
impotum sicut cō-
fuetudine.

S. 19.
Concordie, & trans-
actio[n]es particula-
res praeseruantur ex-
go à fortiori confu-
tudo vniuersitatis.

S. 20.
Consuetudo Imme-
morabilis generalis
suffragatur particu-
laribus de novo ad-
venientibus.

S. 21.
Obligatio soluendi
decimus eorum de-
quibus solvantur de
conuerudine.

illis tamen de quibus de Iure, vel Consuetudine decimari solet, & illis Ecclesiis, quibus aliquin circumscriptis dictis priuilegijs decima porfici debet.

S. 22.

In ventre dispositiue est exceptio Consuetudinis.

Circa hanc dispositionem duo sunt animaduertenda primo vigesimam solui de illis rebus de quibus de Iure, vel consuetudine decimari solet, ex quo persicel se infertur: Ergo decima non est persoluenda de his de quibus de Iure, vel consuetudine decimari non solet; et sic apparer in ventre dispositiue esse preservatam Consuetudinem, quia si Patres probant non esse Consuetudinem in illis Regnis soluendi de aliquo genere eorum, quae colliguntur vel de pecoribus, vel de pescationibus, vel de alijs rebus, aut speciebus: vtique non possunt cogi ad eorum solutionem, & propterea cum allegent Patres non esse Consuetudinem mendicantium scilicet de multis generibus, vtique necessarium est Patribus probare hanc consuetudinem, & sic relevanta articulatae consuetudinis expressa estia ipsa contraria dispositione Brevis.

S. 23.

Item indispositiua. et alia preservativa.

Secundo: An madueretur est Vigesimam solui illis Ecclesiis, quibus aliquin circumscriptis priuilegijs persolui debet, sed circumscriptis priuilegijs Societatis ex Consuetudine Immemorabiliter mendicantium quidusdam solum, aut forte nulli Ecclesiis illorum Regnorum soluuntur decimas, ergo nec illis debet solui vigesimas & sic patet, quod tota huius Brevis dispositione est restricta ad priuilegia particularia Patrium, & non comprehendit, quinimò preservat Consuetudinem, immo etiam priuilegia aliorum mendicantium ex illo aliquin, quod verbum indicat contrariantem dispositionem, & illo relativo datus, quod se referat ad priuilegia Pauli, Pij, & Gregorij de quibus supra est habitus termo.

S. 24.

Preservativa est et in bonis acquirendis

Deinde disponit de bonis, quae im posterum Patres titulo emptionis acquirent, & de his quae in arrendamentum accipient, quod debeant de illis integras decimam soluere, quemadmodum soluebatur ante quam ad Patres peruenirent intelligendo semper prout de iure, vel consoletudine solui debeant, ex qua preservativa apparet, quod Papa non vult grauare Patres ad solutionem, nisi prout terre & bona erant grauata ante, & non vult facere Patres peioris conditionis quam erant ante ilorum bonorum possessores, sic patet in antecedenti solutione vigesimal non vult illos facere peioris conditionis quam ceteri mendicantes, si enim bona acquirerent ab aliquo mendicante, quod non solueret Decimam, nec ipsi soluere tenerentur.

Et

Et ab hac solutione excipi hortos seu viridaria apud eorum Domos, & Collegia in Cimtibus existentia, nec non yrum praediolum in Agro muris circumatum, §. 25.
Ex subiungit Patres ab huic modi solutione non posse se excusare
prætextu literarum prefatarum Pauli, Pij, & Gregorij, aut
aliorum, *et alio quovis prætextu causa, vel occasione*: ex quibus
verbis multam aduersariam literas ac capiunt cauillandi, quia
inquinant; si Patres non possunt se excusare aliquo prætextu
consuetudinis Immemorabilis, & tamen Respondeatur textum
esse clarissimum si conferatur cum precedentibus; haec enim
verba referuntur ad ea, qua in pra dicta fuerunt in reuocatione
sententiarum, & executionum relaxatarum &c. §. 17, quasi
diceret non se possum excusare Patres à solutione vigesima,
sed decima quovis prætextu, nemp̄ prætextu sententiarum,
terum iudicatarum, mandatorum exequitorialium, aut qua-
rumcumque rerum vigore, & in terminis priuilegiorum Pauli
Pij, & Gregorij obtenerarum, & prætextu exemptionis inter
terminos dictorum priuilegiorum.

Nec obstat, quod illa verba sint generalia & amplissima, quia ni-
hilominus semper restringuntur ad materiam subjectam &
limitantur, ac declarantur per verba antecedentia ut per *Areti-*
num, Mensicu, & alios sicut latè comprobatum per DD, pro
hac parte scribentes in tertia Iuris, & magis patet ex illo rela-
tivo *alio quovis prætextu*: dicio enim aliis sepeit eamdem qua-
litatem, & similitudinem in substantia cum expressis, ut ex
Belin. in cap. sedes num. 6. vers. dicitur alius de rescripto & alijs DD.
probant, idem nostri in prefata tertia positione.

Declaratur magis dum indicitur Ecclesiastum Rectoribus, & Ca-
pitulis debere esse contentes solutionis decima, seu vigesima
faciende à Patribus non yniuersaliter, sed ut præferatur statutum,
nemp̄ præservatione eorum, qua de lute, vel consuetudine
solvuntur, & cum declaratione, quod non pretendant quic-
quam de his, quæ alioquin circumscripsit priuilegijs proprijs
Societatis solvi non debent.

Datis autem executoribus dictarum litterarum Archiepiscopo,
& Nuncio Apostolico, illis iniungit non solum *Capitulis*,
Ecclesiastum Rectoribus assistere &c. sed etiam ipsi Societati,
ibi, pro parte tam Societatis quam Capitulorum ex quo appa-
ret, quod Breue, & litteræ Apostolice, non sunt ex iure, rego,
ad fauorem aduersariorum, sed etiam ad fauorem Societatis,
& hoc non alia ratione quam ob limitationes, & præservatiuas
de quibus supra.

§. 25.
Exceptio homi, &
prædioli.

§. 26.
Clavis efficiens
referuntur ad pa. 17.

§. 27.
Verba generalia res-
tringuntur ad pri-
uilegia, & non tan-
guant coniunctiū.

§. 28.
Inhibetur Ecclesiis
pretendere quicquid,
ultra consuetudinē.

§. 29.
Literæ Leonis quo-
modo in fauorem
Societatis.

S. 30.
Derogatio.

Tandem pro validitate prefatarum litterarum Leo voluit derogare quibuscumque praefati Pauli, Pij, Gregorij, & aliorum Pontificum litteris &c. Item non obstantibus Apostolicis, ac in vniuersalibus Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis generalibus, vel speciabilibus consuetudinibus & organizationibus, Item non obstantibus tam ipsius Societatis quam quarumcumque Ecclesiarum consuetudinibus, priuilegijs, indultis, & litteris Apostolieis &c. etiam mari magno Bulla aurea, aut alias nuncupatum, quibus omnibus derogatur.

S. 31.
Argumentum aduersariorum à deroga-
tione.

Ex qua amplissima derogatione DD. exadverso maximum credunt pro eorum intentione habere fundamētum, quia inquit in hac spēcificē derogatur consuetudini generali & speciali & & individuē Societatis, ergo etiam derogatur Consuetudini mendicantium; similiter derogatur non solum priuilegijs Pauli Pij, & Gregorij de quibus supra, sed etiam quibuscumque alijs quorumcumque aliorum Pontificum, & etiam priuilegijs aliorum mendicantium, vt Bullæ aureæ, & mari magno quæ Bulla certè non est ad solius fauorem Societatis, sed propter omnes mendicantes &c.

S. 32.
Derogationes non
sunt ampliores quam
dispositua.

Sed Responderetur, quod tora ista ampleitudo derogationum semper restringitur & continetur intra limites, & terminos dispositiua, & narratiua; unde omnes Consuetudines tam generales, quam particulares si quas haberent Patres vigore priuilegiorum propriorum, etiam si essent mare magnum tolluntur, sed non tolluntur ex consuetudines quas non habent vigore priuilegiorum propriorum, sed vigore priuilegiorum aliorum mendicantium, vel vigore Cōsuetudinis Immemorabilis aliorum pariter mendicantium.

S. 33.
Probatio preceden-
tis paragaphi.

Absurdum enim esset, quod derogatorix essent ampliores quam dispositua principalis, vt per Clement. p. de prebendis Felic. in cap. liceat in corrigendis num. 7. de officio ordinarij & alijs probatum fuit ab hac parte in tertia positione: & ratio adducitur in ipsa Clementina, quia clausulæ quæ sequuntur dispositiua, non ad augendam, sed ad exequendam ipsam dispositionem debent referri.

S. 34.
Sublato uno priuile-
gio non affectur al-
liud & quare.

Et hic intrat regula communis, quod sublatis proprijs priuilegijs Patrum, non intelliguntur sublata priuilegia communia, cum enim Patres duarum vicem gerant personarum, sublata una non tollitur alia sed possunt se iuuari alio modo non sublato, alias priuilegia propria quæ concessa sunt in augmentum, operarentur diminutionem contra late tradita in Ariminem. Castroris die

die 24. Februarii 1642. coram Reverendissimo Domino Decano;
maxime cum priuilegia se compatiantur ad inuicem, si mō sint
ordinata ad unum, & eundem finem & per tradita communica-
ter à Doctoribus in l. si Ruffinis C. de testamento milit. quod mul-
tis prosequuntur nostri in tertia & quarta positione.

Nec facit quidquam quod Gregorius XV. videatur in sua Bulla
voluisse parificare Societatem cum coeteris Mendicantibus,
vndē cum litteræ Gregorij sint sublatæ per Urbanum Octauū,
videtur quod talis parificatio sit sublatea, quia quicquid sit de
litteris Gregorij; hoc certum est, quod voluit perinde, ac si
non emanassent, & per consequens non sunt habenda in con-
siderationem, & ipse Urbanus omnia reduxit ad terminos lit-
terarum Leonis, vndē semper ad ipsius Leonis litteras est re-
currentum, in quibus, vt diximus priuilegia & Consuetudines
aliorum mendicantium sunt præseruata.

Et hæc de primo punto dicatas sufficiant. Quare &c.

§. 35.
Responso ad ea
qua ex litteris Cre-
gorij XV. adducen-
tur.

Io. Naldus.

R. P. D.
CORRADO

Hispanieñ Deci-
marum.

P R O
Veñ Collegijs Socie-
tatis I E S V .

CONTRA
Capitulum.

De consuetudine Mendi-
cantium in Litteris Leo-
nis XI. præseruata.

Quinta Iuris ,
& Facti .

ROMAE , Ex Typographia
Reu.Cam.Apost. 1647.

Superiorum permisſa.